

104

æquatur *semisummæ arcuum*, qui in circulo a chordis refecantur.

XLIX, Quælibet recta, cum radio angulum acutum in peripheria faciens, circulum iterato secat, adeoque tangens esse haud poterit: unde liquet, quemvis angulum rectilineum in peripheria utut exiguum, maiorem esse *angulo contactus*, quem tangens cum arcu efficit.

L. Duæ secantes ex eodem puncto ad partem concavam circuli ductæ cum segmentis extra circulum iacentibus reciprocam rationem servant: quodsi una earum secans, altera tangens fuerit; erit hæc media geometricè proportionalis inter secantem totam et illius segmentum extra circulum cadens.

* *Probl.* 1) Polygonum regulare circulo in — aut circumscribere. 2) Datis radio et latere polygoni inscripti determinare latus polygoni circumscripti.

LI. Latus hexagoni regularis circulo inscripti est æquale radio. Pone hunc = 1; erit latus

1)